

1745.

1. a. Brücknau, Jakob Fenz : De eo, quod iustum est circa abrogationem boni expressum, quam facilius concordatorum
16. Gymnasiae Bochoniensis, Regum Elias : Historia et curiositas petris (a - Larvella niles multis episoden ac -
2. Lubichius, Joannes Georgius : De inhibiti onibus et processu inhibitis.
3. Riehlebii, Ehrenfried : De eo, quod iustum est circa dignitates Imperii conferendas.
4. Schorck, Herrn. Fridericus, Facult. iuris Niae decanus :
l. b. s. (ad dissertationem eiusdem. Ius. Sive Francie invitat.)
5. Schorck, Herrn. Fridericus, Facult. iuris Niae decanus :
l. b. s. (ad dissertationem eiusdem. Ioh. Georgii Tottekii invitat.)
6. Schorck, Herrn. Fridericus, Facult. iuris Niae decanus l. b. s.
(ad dissertationem eiusdem. Ehrenfried. Riehlebii invitat.)
7. Schorck, Herrn. Fridericus, Facult. iuris Niae decanus l. b. s.
(ad dissertationem eiusdem. Sebastiani Brücknari invitat).



8. Schorckius, Hieronymus Provisorius: De præstatione annua
in urbe Caburgiæ uritata. Des Böhl. 1745.
9. Schorckius, Hieronymus Fiduciaris: De Tabula feudali,
ejusque differentiis ab attabiali. 2 Sept. 1745-1752. 5.
10. Schorck, Hieros. Fiduciarii: De jure servitatis et censu-
cijusque acquisitione et ammissione per præscriptiōnem. 6.

1746.

1. Reichel, Christian August: De rebus constitutis quibus captae
erica mandata sine claimata. valgo ad 12 Vices Taller, quic 7.
coram summis Tribunalibus sacri Romani Imperii frequentan-
tibus.
2. Schnette, Henricus Melchior, Facult. iuridice Decanus: lectori
bonovalo s. p. d. (ad dissertationem inay. Christiani Augusti
Reicheli invitati).
3. Spitz, Dr. Christopherus; Facult. iuridice Decanus: lectori
bonovalo s. p. d. (ad dissertationem inay. Iacobi Michaelis
Wagneri invitati).

1796.

4. Stenger, Iosephus Vand: De ultima voluntate aprobatoria
et consensu in Diga.

5. Wagner, Ioseph Michael: De archicancellaria ac directorio
in comitiis Imperii eminentissimis Archiepiscopis principi
electori Magnatibus competentibus.

6. Spitz, L. Christophorus, Facult. iuris docens: Lectio
benevolo s. p. d. (ad Disputationem in ang. Ernesti Wilhel-
mi Steckler's institut).

7. Steckler, Ernest. W. Wilhelmus: De splendore famis carum
illustrinm conservando:

8. Steckler, Cons. Wilhelmus, Facult. iuris docens: . . .
ad . . . Disputationem in ang. Ernesti Bader's . . .
institut.

9. Steckler, Cons. W. Wilhelmus, Facult. iuris docens: . . .
ad . . . Disputationem in ang. (Iosephi Henrici)
institute. 2 August. 1747 - 1759.

11. Streckers, Consors W. Schelius: De qualitate testium
ad probanda criminis productorum.

12. Streckers, Consors W. Schelius: De praestanti legatis
in testamento invalido relictis.

13. Streckers, Cons. W. Schelius: De praestanti legatis in
testamento invalido relictis. . . . Accedit Consor.
W. Schelius Streckeri Programma Defide et Inlibido et
instrumenta tam publica quam privata, communque
notis Rec 1759.

7a

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
**HENRICVS MELCHIOR
SCHÜTTE, JCtus,**

MEMORATÆ NEC NON PHILOSOPHICÆ FACVLTATIS
ADSESSOR, JVR. EXTRAORDINAR. AC PHILOS.
CIVIL. PROF. PVBL. ORDIN.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

ERFORDIÆ,
Typis IOH. CHRISTOPH. HERINGII Acad. Typogr.



Distinctio juris in jus in re & ad rem fundamen-
tum totius praeceos vocari solet LUDOVICI
us. præct. distinction jurid. libr. 1. tit. 8. dist. 1: sed
VLR. HVBER. Digress. libr. 4. c. 4. Et Animad-
vers. ad jus in re & ad rem c. 3. eam quidem valde uti-
lem & compendiosam in docendo, neutiquam tamen
elegantem, sed ferendam magis, quam laudandam, ve-
teribus & purioribus Jureconsultis incognitam, &
tantum e jure Canon. occasione c. 8. Et 40. de concess.
prob. in 6. natam & ascititiam, hancque divisionem ad
petitoria, non possessoria, judicia pertinere, censet. De
speciebus quoque juris in re diu multumque discepta-
tum fuit inter HAHNIVM, BORNIVM, GLÆSERVM,
SWENDENDOERFFERVVM, aliasque: ac possessionem e
numero harum non nulli, inter q'os eminent HVBER.
& GOTTL. STVRMIVS, penitus exturbarunt; quinque
tamen juris in re species, quas vulgo tradunt, nec sem-
per tales esse, nec solas, vir egregius, ingenio præstans,
& jurisprudentia literatæ peritus, FERD. AVG. HOM-
MELIVS singulari dissertatione probatum dedit. Omni-
um servitutum, tam realium, quam personalium, occa-
sione nascuntur actiones confessoria & negatoria, quæ et
iam contraria dicitur l. 8 ff. si serv. vind. Cur vero non
æque circa res corporales, ac servitutes, negotoria actio
recepta sit, docet jo. VOET. commentar. ad Pand. libr. 7.
tit. 6. §. 1. Missa actione confessoria, quædam negotio-
ria capita breviter strictimque perstringemus. Cum
multi



multi sint casus, in quibus actio negatoria contra non possidentem datur OLDENDORP. Cl. 3. act. 5. quest. 4. actio negatoria contra alterum instituta, non interfert possessionem vel quasi juris servitutis. BERGER. dec. 75. HORN. Clas. 12. sent. 88. lib. 6. Libellus vero hujus actionis caute ac circumspecte concipiendus est. Negatoria enim agens dominium allegare, & in eo se fundare debet HORN. Cl. 6. Resp. 6. lib. 2. sufficit tamen, auctorem dicere, fundum esse suum, et si dominii mentionem expresse non fecerit WERNHER. P. 6. obs. 454. Caveat etiam auctor, ne in eodem libello dominium ac simul possessionem vel quasi libertatis naturalis alleget. Hoc enim si faciat, hujus demonstrandae necessitatem ipse sibi accersit, eaque non probata, reus absolvitur. Quid quod? ejusmodi libellum, in quo auctor utrumque fundamentum agendi, & dominium, & possessionem vel quasi naturalis libertatis, coniunxerat, tanquam incongrue formatum, rejectum esse, refert WERNHER. P. 4. obs. 184. Secus autem res se habet, si auctor in libello in libertate naturali se principaliter fundet, quamvis simul mentionem possessionis vel quasi libertatis naturalis adjiccat, siquidem haec pro superflua & abundante habenda est. WERNHER, in Supplm, ad eand. observat. Auctore tamen eodem WERNHERO P. I. obs. 284. judici licet, imprimis si libello clausula salutaris adjecta fuerit, imprudentiae auctoris succurrere, atque ex aequitate, libellum incongrue formatum, perinde accipere, atque si actio negatoria instituta fuisset. Porro, omittenda est in libello qualitas possessionis adversarii, v. c. quod vi, vel clam, haec tenus usum servitutis sibi arrogaverit. Hoc tamen in casu auctori onus probandi incumbere,

licet non pauci contendant, BERGER tamen de us. action.
rei persecutor. §. 10. in dubium vocat, THOMAS. vero diff.
de on. prob. in act. negat. §. 22. sqq. LEYSER. Medit. ad
Pand. Spec. 109. med. 8. & illustr. BÖHMERVS, Præceptor
meus optimus, Dodr. de action. Scđ. 2. c. 2. §. 43. jure
meritoque negant. Multo minus vitia possessionis
generatim reo in libello objecta statum probationis
mutant. HORN. Cl. 6. Resp. 6. tb. 1. BERGER. decis. 76. &
decis. 334. Hoc singulare est, quod in hac actione etiam
post litis contestationem, jure Saxonico, reo ab auctore
jusjurandum deferri possit BERGER. decis. 384. E con-
trario, reo litis contestationem detrectante, tergiver-
sante & moras nelectente, contumacia ejus ab auctore le-
gitime accusata, specialis hæc comminatio: *sub amis-
fione juris sui*, est usitata. RIVIN. Enunc. Jur. Tit. 10. Enunc.
63. MENCKEN. Trađ. Synopt. Proc. Tit. 16. §. 9. In hac
actione, si ea subsistit in mera libertatis vindicatione,
nec facta quædam simul admiscetur, lis affirmative con-
testanda est: ita tamen, ut dominium rei, cuius libertas
naturalis prætenditur, negare liceat; ac facta haut in-
servientia actionis fundamento, ut superflua in pro-
nunciando negligantur, responsioque negativa, affir-
mationem juris competentis implicans, pro affirmati-
va habeatur. RIVIN. I. c. Tit. 16. Enunc. 13. Quod si
reus, actione negatoria conventus, dominium auctoris
neget, solet quidem vulgo auctori ejus demonstratio,
reo autem probatio servitutis, vel alterius cuiusdam
juris, de quo lis est, eadem sententia simul imponi: at
enim vero rectius interlocutoria fertur super sola do-
minii demonstratione. Est enim hæc causa veluti præ-
judicialis. Nam si auctor dominium demonstrare ne-
queat,



nequeat, absolvitur reus, nec probatione servitutis
opus est. WERNHER. P. 2. Obs. 419 n. 3. Libertatem, quæ
præsumitur, haut probare tenetur actor in hac actione,
sed reus excipiendo affirmans sibi servitutem deberi,
eam probare debet, sive sit in possessione servitutis, sive
non. Equidem multi, reo in possessione constituto,
actori probationem libertatis injungendam esse, existi-
mant: atque provocantes ad l. 7. §. fin. ff. de liberal. caus.
argumentum a personali libertate, quam libertate re-
rum favorabiliorem esse, opinantur, maximopere ur-
gent. Sed salva res est. A libertate enim personali,
ob rationem diversitatis, ad libertatem prædiorum
non valet consequentia. Introducta siquidem servitu-
te, homines vel liberi nascuntur vel servi, atque origi-
naria existente servitute personali, possessio fane libe-
ri homines, qui huc usque servitia præsttit, vincit
præsumptionem libertatis THOMAS. diff. cit. §. 20. Et 31.
HERT. de quasi possid. prob. Sect. 2. §. 1. sq. GVNDLIN-
GIVS. Gundlingianor. P. 28. c. 3. & compater meus desi-
deratissimus, TOB. JAC. REINHARTH. diff. de possess.
ab on. prob. non relev. §. 18. sqq. Accedit, quod, quam-
vis hodie glossæ sive ACCVRSSI opinio, nisi in foro
recepta, non majorem auctoritatem habeat, quam alterius viri docti doctrina GAIL. libr. 1. Observ. 153. n.
8. SCHOEPFFER. Syn. jur. privat. Rom. Et for. libr. 1.
tit. 4. n. 20: nostra tamen sententia, ob glossæ auctori-
tatem, fere ubique in foro triumphet. HEINECC. Elem.
Jur. civil. sec. ord. institut. libr. 4. tit. 6. §. 1137. Domi-
nio probato, ceu insignem cautionem, BERGERVS P. I.
Suppl. ad El. Disc. For. Tit. 20. §. 5. actori commen-
dat, ut, reo licet absoluto, nihilo minus curet, ut simul

super demonstratione dominij, a reo negati, sentia feratur, cuius utilitatem in eo consistere, sibi persuadet, ne deinceps a reo nova dominii controversia actori excitari queat, imo, ut ille adversus tertium, qui ex eodem dominii genere deinceps contendit, securus esse possit. Sed fallitur BERGERVS, ut aliquando bonus dormitat HOMERRVS, sententia enim ejusmodi declaratoria, nec intuitu tertii, nec intuitu ejusdem rei, quicquam in actoris favorem operatur. WERNHER. P. 7. obs. 7. n. 57. sqq. Aliquando puncta libelli sunt diversa, & tunc in aliquibus juxta naturam negatoriaæ actionis, in reliquis vero sententia ordinario modo concipiuntur. MENCKEN. l. c. §. 5. Ceterum, plerumque quidem actiones confessoriae & negatoriae vere, re & nomine tales sunt, quandoque tamen sola verborum formula ac conceptione; sic ut verbotenus actio negotioria sit, quæ vi & efficacia sua est confessoria, & vice versa, uti jam dudum laudatus JO. VOETIVS *Commentar.* ad. Pand. libr. 8. tit. 5. §. 6. observavit. Pleniore manu, cuncta, quæ tam ad negotioriam, quam confessoriā actionem illustrandam spectant, recenserem, nisi mihi otium facere constituisset

PRÆNOBILIS ET EXIMIVS JVRIVM CANDIDATVS
DIGNISSIMVS.

DN. JO. GEORGIVS BRÜCKMANNVS,

Judicij Elecf. Provinc. Erfurtenf. Adfessor, Prof. Jur.

Extraord. & Senator,

qui recitatione solenni, quam lectionem cursoriam vocant, in l. 2. ff. si servit. vind. vel ad al. pert. neg. commentari constituit. Ubi hic lucem primam adipexerit, ac quomodo in literis & legibus profecerit, comme-

mo-

morare fas est. Natus est Stadtwerbii, die 22. Sept.
ann. M DCCX, honestissimis parentibus, patre, JOAN-
NE BARTHOLOMÆO BRÜCKMANNO, ac matre, ANNA
MARIA, gentis MÜLLERIANÆ, jam plè defuncta. Li-
teris, quæ ab humanitate nomen acceperunt, Heiligen-
stadii, per quinquennium, operam navavit sedulam, &
cursu philosophico ibidem, duce Reverendo Patre
Soc. Jesu, METZ, per biennium laudabiliter absoluto,
in almam nostram Hieranam se contulit. Hic loco-
rum, primò prælectionibus RR. PP. Soc. Jesu in
Theologiam moralem, per biennium, magno cum
fructu interfuit, deinde verò Themidi se consecravit,
ac Professoribus Juris hujus universitatis celeberrimis,
per integrum quinquennium, & quod excurrit, usus
præceptoribus, amplissimum omnis juris campus feli-
citer emensus, ac tantam nominis famam natus est, ut
non solum aliquot ab hinc annis, in numerum Senato-
rum primi ordinis cooptatus, sed etiam in præmium
tanti exanthati laboris, ab Electore Eminentissimo ac
Celsissimo Moguntino, Domino nostro longè clemen-
tissimo, Judicii Elektor. Provincial. Assessor constitutus,
ac Professor Juris Publicus extraordinarius designatus
sit. Cumque in statutis academiæ nostræ cautum sit,
ne quis ad erudiendam in jure studiosam juventutem, &
ad munus Professoris admittatur, nisi summis in utro-
que jure honoribus auctus ornatusque sit, duobus fere
ab hiunc annis, apud nostrum ordinem, rigorosi ex-
aminis sustinendi causa, nomen suum est professus.
Annuimus votis honestissimis, ac textus ex utroque
jure, tam Canonico, quam civili, cum eo communi-
cavimus, quos docte non solum resolvit & enodavit,

sed



sed & in ipso examine talem ubique se nobis probavit, ut, omnium gratulabundorum suffragiis, dignissimus judicatus fuerit, cui summa in utroque jure privilegia, in eruditionis solidae auctoramentum, decernerentur. Ea de causa, proximo die Mercurii, finita lectio cursoria, dissertationem inauguralem, quam

PUBLICO-CANONICO-JURIDICAM,

DE

EO, QVOD JVSTVM EST

CIRCA

ABROGATIONEM TAM EXPRESSAM QVAM TACITAM CONCORDATORVM GERMANIÆ

inscripsit, a dissentientium dubiis strenue, e cathedra superiore, vindicabit. Quos actus solennes, ut Magnificus Dominus Rector, nec non reliqui Academiæ Proceres ac cives, honórfica sua præsentia, illustriores ac splendidiores reddere velint, & nostri ordinis & meo nomine, ea, qua par est, observantia & humanitate, oro rogoque. Publicatum sub Sigillo Facult. Jurid. Dominica XIX. post festum Trinitatis A. O. R. MDCCXLV.



L.S.



Erfurt, Diss., 1745-47
X 2386990

ULB Halle
007 650 40X

3



1018





